



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Brevis Et Vtilis Commentarijs In Priorem Epistolam Pauli  
ad Corinthios, & in aliquot capita secundæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Vitebergæ, 1561**

**VD16 M 2618**

Firmi estote &c.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36296**

Ἐδραῖοι γίνεσθε, ἀμετακίνητοι.

*Firmi estote &c.*

Postquam refutauit furores eorum, qui de resurrectione falsas opiniones sparserat, addit in fine breve adhortationem, in qua præcipit, ut constanter retineant integrum doctrinam ab Apostolis traditam, nec admittant corruptelas in ullo articulo,

Addit autem & consolationem dulcissimam: Labor uester non est inanis in Domino. Hæc sententia nobis omnibus semper in conspectu sit, primum ut leniamus dolores priuatos hac spe, quod post hanc uitam certò simus futuri in consuetudine æternæ Ecclesiæ, in qua Deus nobis communicabit sapientiam, bonitatem & læticiam suam.

Deinde ut huic dolori, quem habemus, cum non uidentur multi proficere ex nostris laboribus, opponamus hanc asseverationem, aliquos tamen emendari, & ad colligendam & ad conseruandam Ecclesiæ aliquo modo nostram uocem & nostram sedulitatem prodesse. Hac consolatione nobis ualde opus est. Quia cum

S 3 homo

I. EPISTOLA AD

homo existimat, suos labores prorsus  
anies esse, nec prodesse alijs, uoluntas de-  
retur, ut prorsus abiiciat inchoatas opera.  
Huic tentationi opponenda est haec dul-  
cissima sententia: Labor uester non est  
nis in Domino, id est, Deus ipse efficiet  
labores nostri aliquibus prosint, & iuu-  
conseruationem Ecclesiæ, etiamsi mag-  
multitudo est furenter contemnens D-  
um, & turbans Ecclesiam & communio-  
nitæ societatem.

Sequamur ergo hanc regulam in  
repetitam in concionibus diuinis: Con-  
temperemus mandato Dei, quod pre-  
pit operas uocationis, & speremus Deum  
gubernaturum esse euentus iuxta dictum  
Commenda Deo uiam tuam, et spe-  
ra in eo, & ipse faciet. Et de succel-  
hæc testimonia nota sint Iohann: 15. Q-  
manet in me, & ego in eo, hic feret fructum  
copiosum. Item, Posui uos ut eatis,  
fructum feratis, & fructus uester maneat.  
Et Psalm: 1. Folium ejus non defuerit,  
omnia quæcunq; faciet, prosperabuntur.  
Et Esaiæ 55. Verbum meum, quod ego  
diceret de ore meo, non redibit ad me in-  
uum. Et Esaiæ 65. Electi mei non ha-  
borabunt

borabunt frustra. Huc addantur & insigne consolationes recitatæ in Ecclesiaste capite 11. Mane semina semen tuum, & ueste ne cesseret manus tua, quia nescis utrum magis oriatur. Et ibidem picturam illustrem proponit. Videntur perire ea, quæ in aquam sparguntur. At Salomon iubet, ut panes, id est, doctrinam tanquam in aquas spargamus, & affirmat nos tamen post aliquid tempus recepturos fructum eius laboris. Obediamus igitur his mandatis: Insta opportune, impertune, argue, increpa, adhortare.

Et tertio statuamus, ipsum filium Dei in hoc suo ministerio efficacem fore, sicut inquit: Ego ero uobis cum usq; ad consummationem seculi. Etiam si pauci proficiunt, & uidetur tanquam in aquas spargi doctrina, tamen semper aliqui proficiunt, sicut Dominus inquit: Qui manet in me, & ego in eo, ille feret fructum copiosum. Et semper aliqua erit uera Ecclesia, etiam si erit exigua, ut Esaiæ 65. ait, similem fore Vindemiæ, in qua paucæ uuæ, sed gratæ reperiantur. Hanc totam consolationem singuli nobis in hoc docendi munere necessariam esse intelligimus, Ideo hoc dictum Pauli, & cætera congruentia testimonia

S 4 monia

I. EPISTOLA AD

monia s̄ep̄e cogitemus, nec fracti dolores  
aut desperatione officia uocationis omittamus.

CAPVT XVI.

Certum est morem fuisse etiam in illis  
temporibus, ut cum in diebus festis populus  
conuenisset, singuli aliquid conferrent a  
usus egentium aliena liberalitate. Hunc  
morem Apostoli tradiderunt etiam Ecclesias.  
Et eo tempore, quo Paulus hanc Epis-  
tolam scripsit, multi in Iudea expelleba-  
tur ex possessionibus. Et simul Claudius  
tempore præcipue in oriente fames tan-  
sæua fuit, ut modius frumenti 6. drach-  
mis uenderetur. Exemplum autem con-  
sideretur, quod monet, ut in publicis con-  
gressibus Ecclesiæ hoc pium genus libe-  
ralitatis exerceatur, & singuli aliquid con-  
ferant. Ac historiæ ostendunt, ueterem  
Ecclesiam in hoc genere ualde officioam  
fuisse.

Εἰ τις οὐ οὐλῆ τὸν κυρίον Ἰησοῦ  
χριστὸν, ἡτοι ἀνάθεμα.

CAETERA dicta in hoc capite nihil ob-  
scuritatis habent. Adscriptus autem  
Paulus